



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in praecedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

27. Ratio Apostolici, &c. Pro Tertiariis Ordinis Fratrum Minorum beati
Francisci, qui Cappuccini appellantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](#)

A N N O
1726.

*Cum ad D. N. BENEDICTI XIII.
notitiam pervenerit Bullam que incipit Ra-
tio Apostolici ministerii in favo-
rem Tertiiorum ordinis Capucinorum
emanatam anno 1726. nono Kalendas Ju-
nias, non esse insertam in Bullario quod
Luxemburgi imprimitur, ideo sua sancti-
tas injunxit Em. D. Card. Secretario sta-
tus, curam dare Illustrissimo Domino NUN-
TIO BRUXELLENSI ut dicta Bulla
apponatur, prout constat ex sequenti Co-
pia.*

Copia Epistolæ Eminentissimo Domino
Cardinali Secretarii Status, ad Illustrissi-
mum & Reverendissimum Dominum Nun-
tium Bruxellensem 26. Novemb. 1729.

*Cum notitiam habuerimus Luxemburgi
actualiter imprimi Bullarium in quo sup-
ponitur non inferendam hic junctam Bul-
lam (Ratio Apostolici ministerii) in fa-
vorem Tertiiorum ordinis Capucinorum
emanatam, & quia reflectitur ex tali omis-
sione posse dari praetextum impugnandi sub-
sistentiam dictæ Bullæ, que sicut omnes
alii S. Domino nostro in corde est, & om-
ni sua autoritate munita; sua sanctitas
michi injunxit J. D. V. curam dare pro-
curandi ut dicta Bulla in editione facien-
da, uti & in omni altera in dictis paribus
imprimenda, inseratur, imo recurrendo
(si opus fuerit) ad autoritatem Serenissi-
ma Archiducissæ, suorumque ministrorum
interea J. D. V. hæc exequatur cui & au-
guro &c.*

Hæc copia concordat cum suo tran-
sumpto authentico mihi concessio ex Se-
cretaria status, ac penes officium conser-
vando, in cuius fidem: Romæ 10. De-
cembris 1729.

Signatum erat
Fr. MAXIMILIANUS WANGHEN:
Afr. Provinc. German. ord.
Capucinorum.

Locus + Sigilli.

XXVII.

Pro Tertiariis Ordinis Fratrum Minorum beati
Francisci, qui Cappuccini appellantur.

BENEDICTUS EPISCOPUS,
Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei
memoriam.

I.
Summus
Pontifex di-
cordias ex
regularibus
evellit.

I I.
Constitutio
pro Tertia-
riis Mino-
rum obser-
vantiam ad
Tertiarios

Ratio Apostolici ministerii, nobis, licet
immeritis, à Christo Domino injuncti,
exit, ut litigia & discordias, qua humani
generis hoste zizania supereminante, Ordines
regulares, ad coelestium meditationem in-
cumbentes, aliquando perturbant, omni cu-
ra evellere studeamus, ne Dei cultus in sa-
cris viris frigescat, inque animis secularium,
qui eos inter se dissidentes conficiunt, scan-
dala properea exoriantur.

Nuper admodum in Tertiariis, de Pan-
tentia appellatis, sub regimine Fratrum Minorum
beati Francisci, alias à regulari observan-
tia nuncupatorum, viventibus, spirituale sola-

tum, & pieatis fervorem augere studuimus
Apostolicis litteris nostris, quæ incipiunt: Pa-
terna Sedi Apostolica providentia, Romæ vul-
gatis anno Domini M D C C X X V . 1 v. idus
Decembris, Pontificatus nostri anno secundo,
quibus litteris immunitates, gratias, privilegia
& indulta, ab antecessoribus nostris Romanis
Pontificibus eisdem Tertiariis concessa, reno-
vavimus & confirmavimus, si alacris & sanctius
Deo famulari pergerent. Sed postea non si-
ne admiratione atque animi nostri molesta inde
ortas altercationes audivimus, easdemque nos-
tras litteras, que unos Tertiarios, Fratribus
Minoribus, à regulari observantia nuncupatis,
subiectos respiciunt, contra mentem nostram
ad alios Tertiarios, sub regula quidem beati
Francisci Deo famulantes, sed speciali nota dia-
gnos, inquit eisdem litteris nostris ministrè nominatos,
aut comprehensos, perperam detorcas
fuisse intelleximus: qui sane Tertiarii Fratribus
Minoribus, à regulari observantia nuncupatis,
nullo modo subsunt; sed Ministro generali Ordini
Fratrum Minorum beati Francisci, qui Cappuccini
appellantur, à quo, & ab ejus secunda-
ris Ministris, in rebus spiritualibus directi,
omnino dependent, atque habitum religiosum ac-
cipiunt.

Propterea huic errori & incommodo pro nos-
trâ auctoritate & follicitudine prospicere cupien-
tes, corudem Fratrum Minorum beati Fran-
cisci, qui Cappuccini appellantur, jura & privi-
legia, saepe in judicis contradictoriis coram ve-
nerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinali-
bus, consultatione de rebus Episcoporum &
Regularium præpositis, plenè discussa, pontificioque
oraculo, ac litteris Apostolicis à felicis recordationis
Clemente Papa XI. antecepsore nostro con-
firmata atque approbata, nos præsentibus, per-
petuum robur imposteriorum habituris, post matu-
ram deliberationem, motu proprio, & ex certa
scientia, ad tollendas quasunque discordias,
iterum munimus & approbamus, confirmantes
omnia iura, immunitates, facultates, prærogati-
vas, gratias, indulta & privilegia Ministro ge-
nerali Ordinis Fratrum Minorum beati Francisci,
qui Cappuccini appellantur, competentia in con-
ferendo eodem scapulari & cingulo Tertiarii
sibi subjectis, quæ omnia ei olim fuerint adjudi-
cata, eisdemque Clementis Papæ XI. litteris
confirmata, quarum tenor talis est:

C L E M E N S P A P A X I .

ad futuram rei memoriam.

E Manarunt nuper à Congregatione venera-
bilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardi-
nalium, negotiis & consultationibus Episcopo-
rum & Regularium præposita, ad favorem dilec-
torum filiorum Fratrum Ordinis Minorum sancti
Francisci, Cappuccinorum nuncupatorum, Regi-
ni Sardiniae, tria decreta, videlicet.

1. In cau'da, vertente inter Patres Minores
Cappuccinos Regni Sardinie ex una, & Patres
Minores de observantia ejusdem Regni, seu &c.
partibus, ex altera, de & super infra scripto dubio,
nempe, an Patribus Cappuccinis Regni Sardinie
seu scapulare parvum cum cingulo Sancti Fran-
cisci secularibus utriusque sexis in propriis do-
mibus, & sub jurisdictione ordinarii viventibus,
qui denominantur Tertiarii, seu tertii ordinis;
cosque dirigere in spiritualibus juxta regulas dic-
ti tertii ordinis in propriis Ecclesiis, in cau'
&c.

2. Sacra Congregatio Eminentissimorum &
Reverendiss. S. R. E. Cardinalem, negotiis &
consultationibus Episcoporum & regularium præ-
posita

A N N O
1726.
Cappuci-
num male de-
torta.

III.
Congre-
gationis con-
sultationis de
rebus Epis-
coporum &
Regularium
præpositis
decreta pro
Tertiariis
Cappucci-
num, con-
firmata à Cle-
mente XI.
Pont. Max.

IV.
Littere Cle-
mentis XI.
pro Tertia-
riis Capucci-
num.

A N N O
1726.

posita, partibus ipsis auditis, referente Eminentissimo Gabriello, censuit, ac declaravit, competere Patribus Cappuccinis facultatem conferendi scapulare cum cingulo S. Francisci, Romæ die xvi. Novembri MDCCIII.

3. Et die xxix. Februario MDCCIV, denuo auditis Religionibus Patrum Minorum de observantia, & Patrum Minorum Cappuccinorum S. Francisci, referente eodem Eminentissimo Gabriello, Eminentissimi Patres censuerunt, persistendum esse in decisio sub praedicta die xvi. Novembri MDCCIII. Romæ &c.

4. Die vero vi. Martii ejusdem anni MDCCIV. tertia vice proposita causa per eundem Eminentissimum Gabellum ad preces Procuratoris Generalis Commissarii Curia Minorum de observantia, & Procuratoris Generalis strictioris observantia Sancti Francisci, eadem sacra Congregatio censuit ac decrevit, extra dandum supra dictum Decretum Romæ &c.

G. Cardinalis Carpineus.

Loco † Sigilli.

5. Cum autem, sicut pro parte dilecti filii moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis nobis subinde expositum fuit, ipsa decreta hujusmodi, quo firmius substantiant, Apostolica confirmationis nostra patrocinio communiri plurimum desideret, nos, ipsum modernum Procuratorem Generalem specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicto, aliisque Ecclesiasticis lentiens, censuris & omnibus, à jure vel ab homine, quavis occasione vel causa latet, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes; & absolutum fore cententes, supplicationibus, ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, decreta praesertim auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus & confirmamus, illis que inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in premis auctoritate memorata Congregationis Cardinalium; decernentes, easdem praesentes litteras firmas, validas & efficaces existere & fore, suoque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, ad illis, ad quos spectat & pro tempore spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari; siveque in premis per quoscumque judices ordinarios & delegatos, etiam Caularum Palati Apostolici Auditores, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter, contigerit attentari: non obstantibus Constitutionibus ac ordinationibus Apostolicis: ac, quatenus opus sit, ordinum hujusmodi, etiam iumento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia, roboratis, statutis & consuetudinibus: privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Qibus omnibus & singulis illorum tenores praesentibus pro plene & sufficienter expressis, & ad verbum inseritis habentes, illis alias in suo robore permanuis, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque:

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatori die 29. Martii MDCCIV. Pontificatus nostri anno quarto.

F. Oliverius.

Itaque hasce litteras Clementis Papæ XI. auc-

A N N O
1726.

pucinorum ubicumque existentes ab eorumdem Fratrum Ministro Generali, & non ab alio, dependent.

V.
Tertiarii Capucinorum fructuum omnibus indulgentiis & gratiis in reliquos Tertiarios Fratrum Minorum collatis.

toritate nostra iterum nos confirmantes, statuimus & declaramus, Ministro generali Ordinis Fratrum Minorum beati Francisci, qui Cappuccini appellantur, & secundaris superioribus, ab eodem Ministro generali dependentibus, tanquam veris & legitimis filiis beati Francisci, convenire & competere in quoconque loco, Civitate, Provincia, & Regno, etiam ubi alii Tertiarii ejusdem beati Francisci jam sunt, erigere, instituere & fundare tertium Ordinem beati Francisci pro quibuscumque piis & devotis personis secularibus utriusque sexus, atque hujusmodi tertii Ordinis professoribus beati Francisci scapulare sive habitum cum cingulo conferre, in rebus spiritualibus eos dirigere in tercia regula beati Francisci observanda privatim & publicè docere, & instruere, ut pietatis & virtutum Deo gratios & uberes fructus, benedicente Domino, emittant.

Ad hæc volumus & declaramus, praedictos Tertiarios, seu tertii Ordinis beati Francisci professores, sub Ministro generali Ordinis Fratrum Minorum Capucinorum, ejusque secundaris superioribus, omnino gaudere, atque uti posse & debere omnibus & singulis privilegiis, indulgentiis, gratiis, favoribus, & prærogativis, per hanc Sanctam Apostolicam Seudem Ordini Tertiiorum à quoconque Ministro generali dependentium sub suo capite, qui unus est beatus Franciscus, alias concessis; volentes propreterea, ut vicissim quilibet Tertiarii ejusdem Ordinis Minorum beati Francisci, præmissis gratiis gaudentes, ad eos transire licet & validè possint, quorū statum salutis anima sua aptiorem & utiliorem in Domino, esse cognoverint. Praedictæ vero universa ita, & non aliter judicari, & firma atque inconclusa ab omnibus haberi statuimus; non obstantibus ordinationibus & Constitutionibus Apostolicis, aliisque contrariis quibuscumque, quibus, quatenus opus est, derogamus, eaque nullamus, proque nullatus, derogatis & nullis hac in re haberi volumus; poenam excommunicationis ipso facto incurram, aliasque censuras pro nostro arbitrio iis interminantes, qui contraire, vel temerario ausu ea impugnare præsumperint, qua hæc nostra Apostolica Constitutione firmamus atque decernimus: ob cuius plenam perfectamque observantiam, auctoritate nostra præcipimus Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & eorumdem Vicariis & Ministris, ut pro horum executione tuenda auctoritate sua vigilent, invocato etiam, si opus fuerit, ad hoc, auxilio brachii secularis.

Volumus autem, ut praesentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu aliquo ex Secretariis Ministris, vel Procuratoris generalis dicti Ordinis Fratrum Capucinorum, sive Notarii publici subscriptis, & sigilli Officii ejusdem Ministris, vel Procuratoris generalis ipsius Ordinis, vel cujuscumque persona in Ecclesiastica dignitate constitute munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, qua præsentibus ipsis adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ approbationis, declarationis, confirmationis, innovationis, concessionis, decreti, voluntatis, præcepti & derogationis infringere, aut ei temerario ausu contraire, vel subrepitionis, aut obrepitionis notam impingere. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Dominica Incarnationis millesimo septingentesimo.

VII.
His litteris omnino modis adhibeatur.VIII.
Hanc Constitutionem nemo infringere audeat.9. Kal. Ju.
ni 1726.

mo

V.
Tertiarii Ca-

A N N O
1726.mo vigefimo sexto, nono Kalendas Junias,
Pontificatus nostri anno tertio.

P. Cardinalis Prodatarius.

F. Card. Oliverius.

V I S A

De Curia J. Archiepilcopus Ancyranus.
L. Martinettus.*Hoc transumptum conforme esse suo Originali fidem facio & attestor ex Officio. In nostro Immaculate Conceptionis Conventu de Urbe die quartâ Julii anno 1726.*

Loco + Sigilli

F. CHERUBINUS A NOVE Rm. i.
P. Gralis. Socius à Secretâ nec non in Curia pro Provinciis & Ditionibus Gallicanis &c.

I N N O M I N E D O M I N I A M E N .

Fidem facio per præsentes ego Causarum Curia Camera Apostolica Notarii publici infra scriptus; qualiter, pro recto pro parte Partis Procuratoris Generalis Fratrum Minorum S. Francisci Cappuccinorum supplici libello Santissimo Domino Nostro Papæ BENEDICTO XIII. mihi &c. originaliter exhibito cum petitione, ut interim, donec à Sancta Sede Apostolica deciderant nonnulla dubitationes circa intelligentiam Bullæ per Sanctitatem Suam edita incipientis: *Ratio Apostolici Ministerii*, nono Kalend. Junii 1725. tua Religio ad quietem, & salutem animarum plenè, & pacifice fruatur, ac frui possit circa Tertiarios B. P. S. Francisci omnibus facultatibus, & gratiis, quæ Sanctitas Sua in eadem Bulla in favorem Ordinis Cappuccinorum clementissimè largita est, à tergo illius recognovi rescriptum per me diligenter de verbo ad verbum, nil addendo, vel minuendo, quod substantiam mutet, aut variet intellectum, sed prout jacet extractum tenoris sequentis, videlicet: *Ex Audientia Sanctissimi die 24. Mensis Septembbris 1726. Sanctissimus annuit declarati n. quod per Constitutionem Sanctitatis Sua favore PP. Ordini Sancti Francisci de Observantia non fuit derogatum Privilegiis Ordinis Cappuccinorum vestiendi, & admissi li ad Professionem Tertiarios ejusdem Ordinis. N. Card. Coscia. Loco + Sigilli dicti D. Cardinalis. Dictumque supplicem libellum, explora dicta extractione, statim exhibenti refiri non solum &c. sed & omni &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ ad die secunda Octobris anni 1726.*

Ita est. Salvator Paparozzii Caus.
Curia Cam. Apost. Not.

Nos ad præsens Cameræ Alme Urbis, Incliti que Populi Romani Conservatores, universis fidem indubiam facimus, & sub verbo veritatis attestamus, supra dictum D. Salvatorem Paparozzium esse talem, quem se supra fecit, Rev. Camera Apostolica Notarium publicum legalem, authenticum, & fide dignum, scripturisque suis tam publicis, quam similibus in judicio, & extra semper adhibitam suisse, & de presenti plenan adhibere fidem. In quorum testimonium &c. Datum Romæ ex Adibibus nostris Capitoliniis, hac die 2. Octobris 1726.

Pro D. Secretario Nob. Collegii DD. NN. CC.
Urbis Philippus Cajetanus Diamila de mandato &c.

Concordat supra scriptum transumptum cum Originali in Archivio Officii nostri assertato, Roma 8. Octobris 1726.

Loco + Sigilli

F. BERNARD. PROC. Coms. Glis.
Minor. Cappuc.Ita est. F. CHERUBINUS A NOVE
in Curia pro Galliis &c.

C O N S T I T U T I O

A N N O
1726.

Qua Parochialium Ecclesiarum & Vicariarum rectoribus, extra mœnia Urbis constitutis, & æqua sustentatione parentibus, congrua portio adsignatur.

XXVIII.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

PAstoralis nostra sollicitudo exigit, ut in hoc præcipue excubemus, ne cura animarum in Ecclesiis parochialibus hujus almæ Urbis, & extra ejus pomeria constitutis, neglecta & collapsa propterea concidat, quod earundem Rectoriibus congrua sustentatio desit, sine quibus eorum officium non eo, quo par est, zelo & pie tate exerceri, ipsamque animarum salutem magnum discrimen incurre, longa experientia dicimus. Antecepsor quidem noster Pius Papa V. ut sacraeæ Concilii Tridentini decreta in usum induceret, varias in hujus almæ Urbis Ecclesiis perpetuas Vicarias, actualem animarum curam habentes, congrua & sufficienti portione adsignata, provide instituit. Alii quoque felicis recordationis antecessores nostri, Urbanus VIII. & Clemens XI. quasdam parochiales Ecclesiæ & Vicarias extra pomeria Urbis erexerunt, ut incolis suburbanis auxilia spiritualia, quacunque occasione, tam in doctrinae Christianæ rudimentis rite explicatis, quam in Dei verbo festis diebus ex ore sacrorum Ecclesia ministrorum audiendo, inque Christi Domini sacramentis, ex eorumdem manu recipiendis, prompte suppeditarent.

Nihilominus priusquam ad erigendas novas parochiales Ecclesiæ procedamus, in maturum examen vocari decrevimus, an rev. ra hujusmodi Rectores, & Vicarii, olim, ut diximus, instituti, congrua & sufficienti sustentatione fuerint; si que eis æqua & congrua ejusdem portionis adsignatio decesset, quoniam pacto eis adsignari posset. Ad hanc rem penitus explorandam, S. R. E. Cardinali & Praelatorum Congregationem habendam indiximus, quorum suffragia, & simul expositiones, hac de re literis traditam per eum ex Praelatis, qui eidem Congregationi fuit à secretis, attente consideravimus. Quare uniformi suffragiorum & sententiarum tenore percepto, consilioque & approbatione totius Congregacionis probe intellectis, in hanc determinationem devenimus, ut primo loco subsequentibus Vicariis & parochialibus Ecclesiæ congruas portiones non esse adsignandas judicaremus, quia sufficienter dotatae reperiuntur. Sunt vero

1. Beati Angeli ad Fornaces.

2. Beati Lazari.

Hæ duæ Vicariæ à Basilica Vaticana dependent.

3. Parochialis Ecclesia beatorum Laurentii & Urbani ad primam Urbis portam.

4. Vicaria beatae Mariæ ad Magos, quæ à Basilica Lateranensi dependet.

5. Parochialis Ecclesia beati Sebastiani extra portam Capenam, ex Basilica Lateranensi olim dismembrata.

Secundo loco statuimus & declaramus, nullam congruam adsignandam parochiali Ecclesia Baf licia sancti Pauli in via Ostiensi, olim dismembrata ex diaconia beate Mariæ in Cosmedin. Si quidem cenobium Monachorum Cosmedinum, ad quos eadem Basilica sancti Pauli pertinet, redditus & sufficiens portionem habet. Quare huic nulla congrua portio debetur. Pari modo parochiali Ecclesia beati Laurentii in agro Verano, quam regunt Canonici regulares sancti Sal-

I.
Rectoriibus
Ecclesiarum
parochialium
congrua sul
tentatio de
betur.

II.
Ecclesie pa
rochiales &
Vicarie ex
tra Urbis
mœnia, qui
bus congrua
portio non
est adsignan
da.

vato-